



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

50. Passionis Dominicæ memoriam, ac meditationem, præsert ob fructus multiplicet, alijs quibuscumque mentis deuotæ exercitationibus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

Vita S. Macarii scripta iussu Sigeri Abbatis, Surin x. April. Harau. Lippold. Gräsius Baronius in Not. Martyrol. Roman. ex tomo xi. Annal Eccl. Matthaeus Raderus in Bavaria Sancta, Fests. Marian.

X.

AMATOR CRUCIFIXI

Passionis Dominicae memoriam, ac meditationem praefert, ob fructus multiplices, alijs quibuscumque mentis deuota exercitationibus.

VUTILIS est psalmodia, utilis aliarum *Utilitas*
 Scripturarum ruminatio: utilis creatura- *exercita-*
 rum consideratio, si ad ipsum Creatur- *tionum*
 torem referantur: utiles sunt quaeuis o- *spiritua-*
 rationes, hymnodicae, gratiarum actio- *lium.*
 nes, & meditationes sanctae: utilissima
 autem & vnicè necessariam Humanita-
 tatis Christi, & maximè Sacratissimae
 PASSIONIS eius MEMORIAM omnes
 afferunt; idque merito. Siquidem

PASSIO IESU CHRISTI eiusque me- *Utilitas*
 moria ac meditatio est praesens no- *meditatio-*
 strarum passionum & affectionum in- *nis Passio-*
 ordinatarum exterminatio, opportu- *na D.*
 num tentationum refugium, tutae peri-
 culorum securitas; lauae angustiarum
 refri-

136 CHRISTVS CRVCFIXVS.

refrigerium, amica laborum requies,
facilis distractionum repressio, verum
Sanctitatis ostium, vnica contempla-
tionis aditus, dulcis animæ consolatio,
indeficiens amoris diuini incendium,
omnium aduersitatum condimentum,
omnium virtutum fons, vnde ad nos
deriuentur; denique totius perfectio-
nis absolutissimum exemplar, portus,
spes, fiducia, meritum, & SALVS om-
nium Christianorum.

*Ludouicus Blosius in Speculo Monacho-
rum seu, Instructione vite ascetica.*

DECAS VI.

I.

AMATOR CRVCFIXI

*ut iugis sit Christi Passi apud se memoria;
ne obruatur multitudo copiosissima ma-
teria; diuidit mysteria Passionis Do-
minica recogitanda in varios
dies.*

31.
L. BLO-
SIUS.

FRATREM noui, scribit Abbas Ludo-
uicus Blosius A. (qui de se, sub alte-
rius persona agere putatur) cuius con-
suetudo fuit, singulis diebus sibi aliquā
PASSIONIS DOMINICÆ partem præfi-
gere, Exempli gratia. Vno die propo-
nebas